

Q. N. 351, 40.

X 186427

VIRI 2

II
1488

PER QVAM REVERENDO ILLUSTRI AC GENEROSO
ET INDIGNO CIRCVMSPECTA SAPIENTIA
IAMDUDUM BONO PUBLICO CERTISSIME PROBATA
QVOS SUPRA CASUM INORNATA POSUIT

DE
CASU OBLATIS
IN SAPIENTIAM
VERSIS VERTENDISVE,
DANTE EO,

CHI CASUS NULLI SE OFFERUNT,
ANSAM SUPPEDITANTE TACITI DRUSO
AC, INDULGENTIBUS SUPERIOBUS,
MODERANTE
Suo

M. Gottlob Friedrich Seligmann/
DUCALI LIPSIAE COLLEGIATO,
PUBLICE RESPONDEBIT
AUTOR

HENRICUS DE QVALEN,
EQV. HOLSAT.

ROSTOCHII IN AUDITOR. MAJ. d. 19. MART. 1681.

Literis B. KEILENBERGII, Universit. Typogr.



11.

HENRICUS DE QVALEN



III X

VIRIS.

QVOS. SUPRA. CASUUM. INOPINATA. POSUIT.
JAMDUDUM. BONO. PUBLICO. CERTISSIME. PROBATA.
ET. UNDIQVAQ; . CIRCUMSPECTA. SAPIENTIA.

PER QVAM. REVERENDO. ILLUSTR. AC. GENEROSO.
DNO.

DN. JOACHIMO. AB. ALEFELD.
HEREDITARIO. IN. BUCKHAGEN.

CENOBII. PRETZENSIS. PREPOSITO.
SERENISSIMIQVE. DUCIS. SLESVICI. ET. HOLSA-
TIÆ. CONSILIARIO. PROVINCIALI. AC. TOPARCHÆ.

TRITTOVIENSI. ET. REINBECENSI.
DN. AVUNCULO ET. MECOENATI. SUO.
UT. ET.

GENEROSO.

DN.
DN. CLAVS. POGWISCH.
HEREDITARIO. IN. GRUNHOLZ.

DN. AFFINI. AC. PATRONO. SUO.
HAS.

DE. CASU. OBLATIS. IN. SAPIENTIAM.
VERSIS. VERTENDISVE.
PRIMITIAS.

SUA. STUDIA. FORTUNAMQVE.
EORUM.

PATROCINIO. AC. FAVORI. ULTERIUS. COMMENDATURUS.

SUBMISSE. OBSERVANTERQVE. CUPIT.

HENRICUS de QVALEN.



Magna pars prudentiæ est, occasione quacunque, ubi se obtulerit, bene uti posse; ac casus quoque fortuitos ad suum scire commodum accommodare, perfectioris (a) meretur promptitudinis laudem. Qui enim, quæ præter spem eveniunt, negligit, amissam sæpe habet cur queratur, sed nequicquam, (b) opportunitatem. Meliora indices præstolatus frustra est, & jam hæret (c). Punctualia ingenia, dum modos modorumque circumstantias æque præsentant ac pensitant, gerendarum rerum tempora plerumque perdunt (d). Idque adeo certe, ut nec ad actiones adplicare talismodi ingenium auderet (e), qui in scientiis id facit magni (f), pompose (g) dubitans DesCartes (h). Scilicet rectè Livius (i): Consulendo agendoque res Romana crevit, non seignibus illis consiliis, quæ timidi cauta vocant.

(a) ad hanc provoco, insignem Moral. finem. Vid. Dn. Becmann. Doctr. Mor. c. 1. §. 5. (b) Lipsius, ex Livio, vid. Polit. §. 16. 65. (c) Clapmar. de arcan. Rerump. L. 6. c. 17. (d) Dn. Becm. Moral. c. 7. §. 12. (e) Dissert. de Mech. p. 21. Pr. P. 1. §. 3. (f) Villà p. 16. hæc §. eod. conf. Meditat. ipsas. (g) de Moralitate dubitationis videatur Magnif. hodie ap. Lips. Rector Venerand. Dn. D. Alberti de Cartesian. c. 2. §. 3. Alijque passim. Pompam rejicit, necessitatem non admittit, periculum ostendit, de Cartes. diss. ferè per tot. Dn. Sturm. (h) hoc nomine, tanquam verbum, adpellari nã voluit; fictum vocat Cartesii, P. 1. Ep. 81. p. 281. (i) ex quo hæc inter vitæ Socialis principia refert Dn. Becm. Mor. c. 3. §. 22.

II. Placuit talia attentius meditari, ubi illustre fati exemplum in Taciti Druso reperirem. Tulerat eadem fama, simul excessisse Augustum & rerum potiri Neronem (k). Multa hinc in urbe de supremis Augusti ac novo Principatu agebantur (l). Interim, Pannonicas legiones seditio incessit: nullis novis causis, nisi, quod mutatus Princeps licentiam turbarum & ex civili bello spem præ-

miorum ostendebat. Ansum dederant *Blesi*, *Præsidentis*, ob iustitiam
aut gaudium intermissa munia (m). Ut sedaret ergo, omni vi
annisus est. Sed malum nec dicendi ars penitus, nec rigor ab-
stulit. *Flagrantior* ex hoc via, plures *seditioni Duces* (n). *Abstru-*
sum ista & ceterum *tristissimâ* quæq; maxime occultantem *Tiberium*
perpulere, ut *Drusum* filium cum *Primoribus* civitatis duabusq;
Prætoris cohortibus mitteret, nullis satis certis mandatis ex re
consulturum (o). Quod & feliciter cessit. Noctem enim minacem
in scelus erupturam fors lenivit. Luna clarò repente cælò visa
langvescere. Id miles rationis ignarus omen præsentium accepit,
ac suis laboribus defectum adsimilans, postquam orta nubes offe-
cere visui, sibi æternum laborem portendi lamentatur. Utendum
est in inclinatione *Cæsar*, & quæ casus obtulerat in sapientiam
vertenda ratus, per *Clementem* Centurionem aliosq; bonis arti-
bus in vulgus gratos spem offerere, metam intendit. Et sic redit
amor obsequii (p).

(k) *Annal.* I. 5. (l) 7. 8. seqq. 11. seqq. (m) 16. (n) 22. (o) 24.

(p) 28.

III. Neq; tamen civilia saltim de hac fortuitorum fortunâ sibi
gratulari observamus. *Etiâ opera, quæ jam inventa sunt, casui*
debentur, inquit, (q) ac ingenia casuum eventuve insolitos deside-
ratis circa naturæ historiam adnectit (r) *Verulamius*. *Fabulæ au-*
tem inter venandum i. e. casu repertam *Cererem* cornuto, hispido
& villoso *Pani*, sagacis experientiæ imagini, acceptam referunt (s).
Quin, *Mechanicæ artes* quantum casui debeant in propatulo
est (t): quibus multa patefacta, occulta alias, in *physicis* (u). Quo
enim à *divinatione*, quæ casibus sola augeri minuive nequit (x),
absumus longius, eò plures casus possunt res nostræ omnes reci-
pere (y). Hinc *audaciæ* notam meretur, imò forte *infelicitatis*
quoq; omen in scientiis non minus ac *actionibus* (z) est, *Timothei*
clausula: *Atq; hac in re fortuna partes fuerunt nullæ.*

(q) *Nov. Org.* l. 8. f. 279. (r) *de Augm. sc.* 2. 2. f. 45. (s) *Verul.*

Ibid. 2. 13. f. 61. *Sap. Vet.* 6 f. 125 4. (t) *Id.* f. 127. (u) *Id.* f. 47. (x)

hypotheticam *Nepotis de Divinatione* vid. *Vit.* 25. c. 9. (y)

huc adplico *Cæs. de B. Civil.* 1. 78. (z) *de actionibus* refert

Verul. f. 222. *Conf. Becm. Mor.* p. 132.

IV. Discas inde, quo sensu *Casum* accipiamus. *Latius* en. ali-
 à ille fortunâ patet; animatorumq; communis audit & animæ ex-
 pertium (a). Hic verò in actionem nobis venire oblata casu debent,
 quod fortunatis adsignat Philosophus (b). Id circò in discrimine
 istoc (c) minùs curiosi, agnoscimus etiam in casu nostro vices for-
 tune (d). *Quæ, ubi præter spem expectationemve obvia fit alicui, a-*
liis sepe quibusvis, ad scopum, ipsum quoq; non rarò alium, obtinen-
dum mediis intento; fortuita gignit. Ductu Taciti adpellavimus
 casu oblata i. e. non ex constituto nostro percepta, indictorè (e)
 præsentata: utpote, haud prævisa pronœ nostræ; divinæ licet certa,
 quæ omnia ista, suâ nostrâq; voluntate præcognitâ, in numero
 habet (f). Eoq; sensu fortuita pugna, boni item fortuiti Cicero; i-
 psum *Casuum fortuitorum* Thucydides meminit (g).

(a.) Vid. Plutarchum de fato Tom. opp. II. interpret. Xylandr.
 f. 572. (b.) *Physicor.* L. 2. c. 6. (c.) vid. de eo ulterius Excel.
 DN. Thom. *Phys.* P. Gen. c. 3. à qu. 38. Gisb. ab Isendoorn.
Med. Phys. L. 1. c. 4. qu. 2. (d.) *Lege* iudicium Timothei
 Clarck. in *Act. Angl. Mens. Maj.* A. 68. p. 559. (e.) vid. de his vel
 saltim Fabri *Lex.* sub voce *expectat. fortuiti, oblationis.* (f.)
Lege Barcl. *Argen.* L. 4. c. 7. In primis tamen Theo-
 logos; B. Dannh. *Hodos.* p. 316. ubi & ex Luthero allegatur
 Hebraicum, ut vocat, *DEI proverbium: Das Hinderst zum*
Vordersten. (g.) vid. iterum Fabri sub hac voce.

V. Sed *Sapientiam* quis dubitârit per istiusmodi insperata
 sollicitari, ut probet, mentem nostram quousq; in aptâ ad operatio-
 nes quasvis benè concipiendas & fini debito destinandas subordinan-
 dasve præritudine perfecit (h)? *Fortuna* quippe repulsâ velut tulisse
 censenda, quoties ad januas quasi pulsans sine prudenti usu dimittitur
 (i.) Interim, qui novit, mundum exigua regi sapientia (k); nec ex ca-
 sibus prodire ubivis æqualem posse (l.) facilè conjiciet. Non rarò
 obtinet illud Aristotelis (m): *Ubi plurima fortuna, ibi mens perexi-*
gua. Quandoque ipsum *Sapientem* parva stultitia fœtere facit
 (n.) Aliqua etiam *Sapientia* in cerebro tantùm natat & conceptu,
 aut sermone jactatur, sed radices altas non egit: estque ante occasi-
 onem alacris, occasione data fit attonita & confusa, ut etiam ipsi, qui
 eâ se præditum arbitrabatur, in dubium vocetur:annon præceptio-

nes de eâ fuerint insomnia mera & speculationes inanes: Aliqua
deinde in verum habitum increvit & maturuit, oblataq; occasione,
in quâ exerceatur, illicò excitatur, accingitur, dilatatur, adeò ut se i-
psa major videatur (o). Quâ quidem quem beavit crebra exercita-
tio, is obviis ritè usus in Sapienciam vertisse casu oblata dicendus
est. Nam qui sapit, innumeris moribus (casibus) aptus erit.

(b). Scilicet non strictiori ex quinario habitu sensu
accipimus Sapienciam; scientiam enim & prudentiam quino-
artem virtutem includimus, quâ bonam & expeditam omni-
um adplicationem admittunt istæ; eò en. in Tacitò videtur
vox respicere. Lege interim Plutarch. de plac. Philos. L. 1. Quâ
verò nos ea per rationis perfectionem distinguat à fe-
ris hominibus & barbaris, lege non contemnenda in præ-
fat. princip. Ren. DesC. Conf. Lips. 1. 10. 14. (i). ad hæc de-
claranda non nihil conferunt, quæ Ferdinandus I. Frider.
II. Palatino de fortuna objicit apud Leod. in vit. Frid. p.
189. 190. (k). vid. Horn. Orb. Polit. sub Princip. Can. III. in
quam Sentent. non adeò pridem habuit dissert. Excell. Lips.
Græce Latineq; Lingv. & Histor. Prof. DN. L. Rechenberg.
(l). vid. Becm. Moral. c. 3. §. 22. (m). L. 2. Magn. Mor. c. 8 (n).
lege sub parab. unguenti optimi, quod musca mortua foetere
facit explicatum hoc ap. Verul. de Augm. sc. L. 8. c. 2. f. 211.
(o). Id. ibid. p. 220.

VI. Ut aptus esse possit, Plutarchi attendendum videtur con-
siliium, quod in fortuitis ille quidem calamitatibus de consolatione
ad Appollonium (p) suppeditat. At inquit, ita loquitur, præ-
ter spem mihi hic casus expectationemve evenit. Enimverò, respon-
det, oportebat expectare. Præclarè siquidem Theseus Euripideus:
semper aliquam molem meditabar mali, ut si qua inpecta diritas
casu foret, ne me imparatum cura laceraret repens. Neque ne-
gligenda omnimodis, quæ à Bacono monentur: (q). Certè ad Præ-
dicam longè conducit magis, cum discursus s. disceptatio sub exem-
plo militat, quàm cum exemplum disceptationi subjungitur. Ex
utriusque enim s. consilio s. monito colligimus, præparandum esse
animum ad edenda Sapienciæ specimina, etiam in iis, quæ actionem
fufci-

fufcipiens, nec cogitare poterat. Preparandum, inquam, perque
inspecta aliorum vestigia gressuum sortem indicentia excolendum
esse: quod hâc ratione instructo nihil eventurum sit, cui satis pa-
ratum se non valeat obferre. Igitur, ut quasi aliud agendo quan-
dam nostra mens sibi ad talia procataeven acquirat, versa aut
vertenda etiam in sapientiam casu oblata in aliis contemplabimur.

Opf. T. 2. f. 112. (9.) de Augm. Sc. 8. 2. 221.

VII. Id autem dum conamur, per Logicam diu cur vagemur,
non est; cum ejus præcepta (r) cogitationibus nostris, tanquam
normam, etiam in fortuitis supponamus. Interim habent Logici
æquivocæ quædam, quorum velut in transitu, meminisse placet. Vo-
cant illa casu facta, quod origo ipsorum nec ratione satis clarâ, nec
justâ similitudine nitatur (s). Nam quid, quæso, ad Legem offa?
Commune tamen utriusque juris nomen: unde dictærium (t) Brahei
ex odio in Juris prudentiam dictum:

*Jus patina & Legum sunt nomine Jura sub unô,
Grandia condunt & grandia iura vorant.*

Sic, quæ inter Gallum natione & Gallum Gallinaceum tam
convenient, ut uterque eodem nomine insigniatur, haud affatim pa-
tet (u). De aliis ne dicam. In primis tamen isthæc distinguendi de-
disse, remque ritè (x) definiendi sapientiam vix dubito. Imò, ad
Mathematicos si respicere licet, præmittendi fortè demonstrationi-
bus definitiones ansam ab iis acceperunt (y). In Poesi verò sua ho-
dierni Politici æquivocis quoque his nõ exiguam adsignant gratiam;
quod ambigua meditationem svavius provocent, lectionem apti-
us juvent (z). Ceterum de modis ad argumenta respondendi non ina-
nis, opinor, conjectura est, deberi haud paucos fortunæ in ipso con-
flictu propitiæ (a). & instantias, ut nominant, insperatas, dignio-
rem credo mereri adplausum, fortius convincere, quàm præmedi-
tatas diu ac cum cura erutas: cum paria possimus in Apophtheg-
matibus fata observare. sed brevitati operam daturis, dum alia
vocant, hæc digito saltim monstrare libuit.

*(r). præceptum etiam suum primum inquirenda veri-
tatis: Quicquid clarè & distinctè percipio, id verum esse,
vel quasi fortuito & invenisse & in Sapientiam suam veri-
tatis videtur des Cartes Medit. IV. De ipso Principio quid
sentiatur venerand. DN. Alberti leges in Diss. superius al-
le-*

legata. (s.) vid. Excell. DN. Thomas. Erotem. Log. part.
gen. Tr. 1. c. 3. qv. 44. (t.) solet eius, quoties in Logicis ad
equivoca, in Ethicis ad Homonymiam juris devenit memi-
nisse accuratissime in omnia differens DN. Alberti. (u.)
vid. allegat. modò DN. Thomas. c. l. Allusiones non nego,
quarum vestigia invenies e. g. gratiâ in Lansf. contra Gall.
p. 361. item in Inscript. DN. Weis. Orat. Polit. p. 75. Ec.
(x.) Arist. Top. VI. 1. § 6 (y.) Verulam. de Augm. Sc. 5. 4.
141. Nov. Org. 1. 59. f. 288. (z.) vid. DN. Weis. Orat. Polit.
S. 1. c. 5. §. 9. Exemplis declaravit passim L. 2. Tractat. de
argut. Inscript. (a.) credo hæc etiam colligi posse ex Ma-
gnif. Scherzeri doctrinâ de responsionum evolutione; qui
habitudinē jubet subj. respicere & prædicati, item conferre
Propositiones, atque ex iis ipsis elicere distinctionem: ne, si
lectis saltim innitatur, ubi alia urgeantur, herendum
nobis sit. Vid. Artis. resp. Tr. quem Vademec. inscripsit,
subiunctum.

VIII. Nec Metaphysices admodum dictatis (b.) in hærebimus; nisi ipsam casu fortè aliâ putemus facie donatam. Theologiæ siquidem naturalis loco Aristoteli fuit (c). In Lexicon Philosophicum degeneravit per Scholasticos (d). Si tamen ignorantia Analogorum adsignanda ejus Methamorphosis, quæ non vana Dreieri observatio (e); seducti fuere quintò Methaphysiorum libro Interpretes (f). Nihilominus etiam in hõc negotiõ agnoscimus, quæ præparandis ad res meliùs intelligendas animis serviunt Terminorum explicatiõnes (g) aliquid sapientiæ. Eoque magis, quò certius alii in ipsis ἀεγλοζίαῖς inveniunt generalia principia (h). Inter quæ quicquid de contingente docetur, referas: Unde (i) casus judicandi, qui contingentium quoque dogmatibus dedere, ut doctrinæ de sole radii solares, originem.

(b.) dictata tribuo Methaphysica, quia ipsi tribuunt Autores imperium; quod nec principia tradenti denegaverim, quidquid ajat Job. Fr. Horn. Proem. de Civit. c. 5. §. 4. sub fin. (e.) Lege Piccart. Jfag. in Arist. c. 26. aliosq; (d.) Jd.

Jd. Piccart. c. 29. Dreier. Philos. prim. p. 52. (e.) ibid. p. 48.
(f.) vid. Thomas. Hist. Metaph. §. 17. ad 20. (g.) Id. c. 1. §.
58. (h.) solet hoc semper ab accuratissimo Alberti in discursibus
Metaphysicis Lipsia observari ac demonstrari. (i.)
vid. Paul. Voët. Theol. Reform. c. 14. Sect. 2.

IX. Præstantius est; imò præstantissimum, quod nunc atten-
dimus. Id scilicet, ipsum, à cujus cognitione omnis est cognitio-
nis nostræ certitudo (k). Deum dico: quem nōsse & per insitam (l)
valemus & acquisitam (m) notitiam naturaliter; salutariter ac per-
fectius, quantum ad salutem sufficit (n) novimus ex scripturâ.
En autem inter acquisitæ vias non ultimam, casu oblata
miraculorum splendorem volo, in primitivâ gentium conversione
sæpius efficacem (o). Is Magis, per stellam Servatoris ad Serva-
torem lux atque Dux. Dionysio Areopagitæ inter tenebras Ec-
lipseos, Christi mortem comitantis, clarus: *Aut mundus interibit,
aut Deus patitur*: hæc vox eius. Is providentiæ testis; quem in
extraordinariis potius quam quotidianis, quæ nec sine miraculis,
advertere solent homines (p). An verò, ut Baconus (q) observat,
*ediderit Deus miracula, non, ut converteret Atheos, sed ut ad de-
biti sibi cultûs rationem ferventius inquirendam excitaret idolola-
tras ac supersticiosos, nunc non inquiram. Si condescendendo forte
ponatur tamen, nihil derogabit sapientiæ inde hauriendæ. Major
ipsa est, quò propius ad Bonum manuducit maximum. Hinc
eandem malunt, quàm servilem timorem etiam ex inopinatio Co-
metarum conspectu deducere curatiores Mathematici. Docente,
in primis detractâ sæpius Cometis infamiâ, Indices potius ipsos glo-
riæ & immensitatis divinæ, gloriosius & sanctius colendæ, debere
quàm Prophetas malorum dici (r). sistunt talia summam sapienti-
am, infinitam Majestatem, quam observanter admirari, decenter ve-
nerari vera sapientia est.*

(k.) Agnoscit id Cartes. IV. Meditat. Et quis ferat de æ-
ternæ veritatis propositionibus formulam, quæ veras dicit,
etiam si per impossibile ponatur, non esse Deum? hoc enim
independens est extra Deum statuere. vid. Paul. Voët. Theol.
Nat. c. 4. §. 2. l. 9. (l.) insitâ negant Timpl. Metaph. 4. 2. 2. &

B

Conr.

Conr. Vorst. in Not. ad. Disp. 1. de Deo (m.) nec hanc ad-
mittunt Sociniani. Socinus Præl. c. 2. ex informatione hau-
stam saltem admittit; alias enim simplicitatem in primis
Parentibus, hanc quippe statuit, everteret; conf. de hac So-
cinianizans hic Grotius de J. B. P. 2. 2. 2. (n) peculiarem,
hac de re lege DN. D. Musæi Dissertat. contra Herbertum,
Jenæ hab. (o) B. Dannh. Hodof. p. 39. (p) Matthæ. II. conf.
iterum Dannh. c. 1. p. 302. it. dissert. de Deo, Sec. X. 105.
(q) de Dign. & Augm. Sc. L. 3. c. 2. f. 77. (r) Celeberr. He-
velii mens ex Prodr. Comet. Gemma Frisii, faustos æque
ac infastos eventus adnotantis: Senecæque locus, felicem
adeo sui temporis fuisse Cometam adferentis, ut reliquis
infamam detraberet, videatur Act. Angl. M. Nov. An.
65. p. 81. edidit complures hac de re Bosius A. 65, excell. hodiè
Jenens. Histor. Sagittarii, Antecessor.

X. Progredemur hinc ad mentes finitas quidem, nostrâ ta-
men superiores, & ex apparitionibus, vaticiniis ac obfessionibus
Angelicæ existentia fundamina naturalia adferremus, nisi lubricam
inde, i. e. probabilem saltim eruissem Sapienciam Scholastici (s).
Nondum en. probatum est vel ullum his argumentis motum ad in-
termedium Scalæ creaturarum (quam vocant) gradum, nos inter &
DEUM Creatorem, absque formidine oppositi conclusisse. Quid,
si animas sapientiorum allegassent, sæpè plures huc concurrentes
adfirmassent, naturali tantum ratione fulti (t)? Et quanquam habe-
ant aliqua veteres loca, ubi Dæmones nominent geniosque, quic-
quid hic scivere, traditioni debent, quam evidentior paulò fece-
re tot miraculosa Phænomena (u). In Spectrorum consiliis quid
Sapientia prompta, non simulata valeat, judicet, qui etiam sub An-
geli lucis specie hodiè vix, nisi Principem tenebrarum latitare judi-
caverit. Ostendit hic thesauros, si non alio, certè Te sibi obli-
gandi animo. Indit sententias aut obscuras aut falsas, ut decipiat.
Haud senties interdum, *aurum habueris, an album, monitorem* (x).

(s.) Vid. ea allata ab Anton. leGrand. Phil. P. 3. a. 11.
Mireris ceterum hunc Cartesianum, quæ Magister reli-
quit

quod Theologia in Philosophicis tradere. (t.) refert talia
 Hobbes. ad Melanchol. ap. Becm. 4. Mor. §. 3. (u.) varia ap.
 G. Voët. de energum. (x.) Lege Becman. in Doctr. Moral.
 c. 4. §. 19 Recordare historiam Hermolai Barbari, qui ex-
 piscaturus ex diabolo sensum εντελεχειας, perfecti-habeam
 responsi loco tulit. Nec omitte; quid de suo somnio, quo sen-
 sum se hausisse verbi substantivi in Proposit. Sacramental.
 ait, referat Zwingl. vid. DN. D. Schmid. Fascic. Diss. V.
 p. 320. B. Dannb. Hodof. p. 418.

XI. Sed ex Psychologicis ut aliquid moneamus, advertimus
 fortuitorum sedem, solam ferè mentem nostram esse; quæ admi-
 ratur, hæret, nunc huc inclinatur nunc illuc, nova sibi indies præ-
 sentari sentit (y). Ejus immortalitatem simplicitatis argumento,
 cum compositionem ex partibus haud admittat, demonstrat lu-
 men naturæ (z). Quin pollicetur benignam Datoris tantæ præ aliis
 creaturis eminentiæ voluntatem ex eodem probabiliter (a). Mire-
 ris saltim quorsum inde processerit vesana quorundam hominum
 cupiditas, ut hujus vitæ æternitatem desiderarint. Quam stultiti-
 am in Rege suo, sapienti ac inopinato ausu, bene redarguit Sinensis
 ille, cum, hausto immortalitatis poculo, excandescenti Hiaovo (hoc
 Regis nomen, responderet; Occidere me non potes, nam æternæ vi-
 tæ bibi medicinam. Si autem mori possum, nullum hic est crimen
 meum; qui non medicinam veram, sed impostorum bibi mendacia.
 Ex his, quid tecum agant, intelliges. Intelligebat, hoc insperato
 sapientior. Felix futurus, ceterum enim bonus erat, nisi ad per-
 versam in hac re mentem postea rediisset (b).

(y.) vid. has operat. abs Cartes. animadvertas passim
 in meditationibus: quas & ipse intra se sentit quilibet (z).
 lege Platon in Phædon. adde alia argumenta ab intellectu
 & appetitu ex Dannb. Hodof. Ph. V. p. 423. (a.) la Forge
 Tr. de M. H. c. 7. (b.) Martin. Hist. Sin. L. 8. dec. 1. p. 356.

XII. Et isthæc quoque attigisse nihil nunc cumulaturs sufficiat.
 Debemus enim de hujusmodi seu adfertis seu conatibus solidiora
 scripturæ Cujus etiam casu lectæ magnam non immerito magni
 æstimamus, imò semper in nobis fovemus, efficaciam. In promptu

sonil

B 2

sunt

sunt Turcici in Amurathis aulâ Juvenis; fœminæ Illustris ad Cyril-
lum delatæ; Claudii, Diocletiani propinqui; Judæi Toletani; Jo-
sephi Tiberiensis; aliorumq; exempla. Chrysanthi è primariis
est, qvi abs Patre Polemiô Alexandrino, Principe Viro & Senatorio,
Romam ductus, in nullis Philosophor. scriptis in solo DEI Codice
acquiescere potuit. *Quam diu enim, inquit, te decuit, Chrysanthe,
libros tenebrarum evolvere, quoad lumen veritatis invenires?
Non est Sapientis & Prudentis, ut à lumine rursus ad tenebras
revertaris: perderes enim labores, quos suscepisti, si laborum fru-
ctus abjiceres.* Ipse Augustinus nescit avidum, quô Spiritûs S.
stylum arripuit, animum satis exprimere (c). Videlicet Mens Do-
mini est scriptura, quem non moveat, nisi acheronta movere aut
acheronte potius moveri velit?

c) Vid. hic partim B. Dannb. Hodof. Ph. I. p. 97. ex Baronio,
Bzovio, Serario; item B. Dorseh. Theol. Zach. P. II. qv. I. §. 33.

XIII. Ad campum patientiorem fortuitorum devehimur in
naturalibus, quorû perspicua è Mechanicis declaratio. Mechanice
autem præ aliis fortunam sibi amicam sentit. Et nisi sentiret,
de veritatis inquisitione nullô modô sollicita (d), iis haud superbiret
incrementis, unde ipsi Physicæ tantum hoc tempore lucis accede-
ret (e). Pigeat enim *Hippiam Platonicum cum quoquam differere,
qui exempla alleget vilia: Ironicè satis & rectè elevabit vestes ni-
tidas & pulchros calceos Socrates* (f). Utinam omnibus adeò inten-
tam gererent casibus mentem, qvi subtiliora semper crepant! Cade-
rent ulterius, scientiarum remoræ (g). Sanè abs Mechanicâ nobis
armati oculi, tot errorum correctores, tot occultorum observato-
res. Inventori nomen *Jacobi Metij, Alcmariæ nati, hominis hu-
maniorum artium prorsus expertis, licet Patrem & Fratrem Ma-
theseos cultores habuerit. Hujus summa voluptas specula & vitra
ustoria etiam hyeme ex glacie formare. Quâ occasione, prospero
quodam fato, duo simul oculo objecit, quorum alterum, medium
paulò crassius habebat, quàm extremitates, alterum extremitates,
quàm medium multo tumidiores, & adeò feliciter illa duabia tubi
extremitatibus adplicuit, ut primum inde telescopium exstiterit*
(h): auxilium visus nunquam deprædicandum satis. Eò siquidem
postmodum aptius politò figuræ animalculorum; tortuosi flexus
lineæ

lineæ æqualis ductæ; Galaxia, non meteorum, sed Stellarum par-
varum nodus; circumjoviales; maculæ solares, innotuerunt, inno-
tescunt. Eò visus dirigitur (i), per planam superficiem ad remota,
concavam ad propinqua (k), ut sapientiùs percipiat, & aliàs haud
penetrabilia penetret. Tàm ampla ex hòc unò casu.

d) *Verulam. N.O. l. 1. §. 99.* (e) *Id. ibid.* (f) *Exemplum al-
latum quod Hippias agre ferebat, erat olla fictilis pulchra.
cum Hippia en. Sophist. Socrates veritatis investigator à
Platone inducitur de pulchritudine disputans.* (g) *Verul. de
Augm. sc. L. 2. c. 2.* (h) *Des-Cartes Dioptr. c. 1. n. 1.* (i) *Verul. L.
2. N. O. §. 29. Cõf. Acta. Angl. p. 2. 92. 666. &c.* (k) *Desc. Dioptr. 8. 1*

XIV. Neq; exigua navibus inventis tribuenda; abs quibus
inter disjunctissimas regiones copula nec non fructuum ac com-
modorum participatio. Haud verò omninò improbaverim ac-
ceptam multis conjecturam, quod à natante in undis trunco prima
casu surrexerint navium rudimenta (l) Quæ en: de reliquis dicun-
tur, spectare cultum, non ortum, putârim. Atq; idem adfirmare
de aliis, quibus nunc curiosa nostra replevit Mechanice (m), pos-
semus. Namq; est omninò casus autor rerum, procul dubiò utilis:
dolendum saltim, quod per longas ambages & circuitus sua hæte-
nus donaria inter homines sparserit (n).

l) *Videatur Loccen. c. 1. Jur. Marit. Item Thom. R. v. Hist.
Naval. qui prolixè è variis hanc rem deducit per aliqua
sub initium capita. adde Martin. Hist. Sin. Dec. 1. l. 1. p. 29.
m) vid. abs Curiosissimo indeq; celeberr. Sturm. in Collegio
curioso talia congesta & tentata inò demonstrata (n): *Ve-
rul. cogitat. & visor. exord. f. 577.**

XV. Videtur his ambagibus quandoq; consuluisse Chimi-
corum *Vulcanus*, quem & alteram dicunt *Naturam* (o). Huic
enim quod gloriosissimum, præter typographiam (p), inventum
habet; bombardas innuo; debet Germania (q). Notissimum Mo-
nachi autoris nomen; Bertholdum Schvyartzium adpellant,
Franciscanum, Philosophum, Chemicum (r). De patriæ locò nil
disputabimus. Satis esto: Tentonicus fuit (s). *Servavit is ali-
quando*

quando domi in mortario pulverem Sulphureum, cuiusdam medi-
 cine faciendæ causâ illudq; texisse lapide fertur. Ac inde contigisse
 ut, dum ignem ex silice propè excuteret, scintilla intrò ceciderit,
 subitoq; flamma eruperit, atq; lapidem in altum tulerit. Hinc
 ille ejus rei casu doctus, postea factâ ferreâ fistulâ & pulvere con-
 fectô, machinam reperisse dicitur (t). Locat hoc ipsum inter
 translata à casu ad artem experimenta Verulamius, eòq; tonitrua
 nos imitari scribit (u) & fulgura. Sunt, qui inventori mala quæ-
 vis & diras imprecantur, quod ad bombardarum funestas explo-
 siones pulvere pyrio ansam dederit. Sed omni encomio dignum
 judicat Bartholinus ob commodum infirmitates redundans, &
 periculosa minus vulnera; quibus non provocetur sanguis, sed re-
 primatur, gangræna item non facilè inducatur, parte vulneratâ per
 pulverem pyrium roboratâ x). Quæ in medio relinquimus; Sa-
 pientiam interim ex hõc iterum casu laudabilem facientes magni,
 o) Verul. de augm. Sc. l. 3. c. 3. (p) lege hîc Cl. Spizel. de re
 literar. Sinens. Sect. 3. p. 34. seqq. Imprimis etiam Lansf.
 Orat. pro Germ. p. 50. & 1000. (r) Hæc encomia ex Lansio
 partim c. l. partim Th. Barthol. Diff. 2. de Med. Dan. In v.
 p. 43. hausta. (s) ibid. lege Barthol. p. 42. (t) relatio iterum
 Bartholini est p. 43. (u) de augm. Sc. L. f. 1. 2. f. 128. (x)
 c. l. p. 45.

XVI. Est etiam Chemicorum labor, Philosophici s. pulveris
 s. lapidis inquisitio, de quâ tamen, an Sapientiæ digna tituiõ habenda,
 ambigunt, quòtot deceptos undiqve ac deceptores ex hõc opere
 nõrunt. Interim nec vanam omninò, spem eò directam, esse, nec
 humanæ facultatis angustias excedere, dum dandum quidem est y);
 nolim nihilofecius laudem moliri aut vituperium pluribus probatî
 improbative molimini. Ad ipsam ergo Physicam transeo, de cu-
 jus principiis nihil, specialibus aliqua allaturus sum.

(z) Verba Verulam. sunt; ex quo etiam colliges o-
 mnem peræremoram in nondum cognito caloris gradu si-
 tam. Hist. Nat. Cent. 4. f. 288. alias hic idem fieret quod
 de pullo Florentiæ, sine incubante Gallina excluso, observat
 Pl.

Pl. Rev. bod. Wisnariens. Pastor Lochner. Semicentur.
alt. Thes. Miscell. n. 43.

XVII. Ac dum e supra lunaribus liticula quædam de cœli materia succurrit, apponere eam obiter non verebor Nimirum aliam supra lunarem à sublunarium materiâ dixit Aristoteles (z); nec dissentere, secuti ipsum Philosophi, quamdiu cum eodem incorruptibile statuerunt cœlum (a). postquam verò in Solari æque ac aliis cœlestibus corporibus (c) observatæ sunt maculæ, clarius varia explicari possunt & distinctius. Unde Kepleri consilium (c); excusandum hæc, non defendendum esse Aristotelem, quia tubis destitutum facile potuit talium destituere notitia.

(z.) L. 8. Metaph. c. 4. Conf. l. I. de Gener. & corr. t. 43. 53. (a.) DN. Thomas. P. Gen. Erot. Phys. c. 4. n. 7. (b.) Ab Adelmo incipit Hartnacc. in der Curios. Sternkund. p. 42. §. 46. Maculas varias in Venere observavit Cassinus, vid. Act. Angl. p. 502. In quædam Striarum Jovis Hooekius ib. p. 2. add. p. 107. 157. (c.) Meminisse hujus solet in Disc. suo circa hanc materiam, laudatus jamjam aliquoties DN. Alberti.

XVIII. Sublunarium autem casus in Sapientiam versos si evolvere susciperem, nimix nimium implicarer prolixitati. Nil ergo loquar de meteoris, s. aliis, circa quæ vix occupari potest operando humana industria. Ad mineralia properabo. Notant Regiæ in Angliâ Societatis (d) Acta NB. peculiarem plumbi mineram, magni usus pro probationibus in Catinò, eò quod nulli alii metallo misceri velit. Postulatum fuit à viro, qui istuc miserat, ut referret, quantum illi Mineræ haberi possit Tanti momenti ejus esse usum advertebatur. Ex Metallis Magnetem nominabo, cujus triginta quatuor in Renato Des Cartes leguntur (ut vocat) proprietates (e). Quo verò minus quondam harum dare rationes potuerunt (quas invenisse se se putat (f) jam allegatus) eò certius unam patefecit post aliam casus. Sensit vero omne vitæ genus Magnetis commoda, si vel in navigationes saltim propensa respicias (g). Neq; curiositati irritamenta defuerunt, quærendi rationem, quâ chalybi (virtus ferrum quoq; elevandi (h) infundi queat. In Herbarum
Luna-

Lunariarum, ut adpellat, descriptione, magicam quendam observat
Gesnerus (i), quâ upupa rimam lutô expletam aperuit; idq; vice
geminâ: in nequitiam v. vertit potius quàm Sapientiam, qui fortè
hæc viderat, & herba è luto sublatâ ad resignandos thesauros ali-
enos usus fuit. Sed horum quis inire numerum velit?

d) *Sub Mens. Mart. A. 67. n. 7. p. 8. vid. M. Maj. A. 65. n. 6. p. 34. (e) P. 4. Pr. §. 145. (f) ibid. §. 146. seqq. (g) Atq; ad hunc unicum provocat etiam Experientiss. Dn. D. Wirdig in Dedicat. Novæ Spirit. Medic. (h) Act. Angl. M. Jan. A. 67. n. 2. p. 385. (i) de Lunar. herb. & reb. noct. lucent. p. 30.*

XIX. In iis paulò versabimur, quæ nos propius spectant, & de repertis casu Anatomicorum nonnulla notabimus. Locum verò facile Principem sibi vendicant viæ lacteæ: quarum inventum quicumq; volunt suum, casus agnoscant favorem necesse est (k) Primas duxit lineas Asellius; ac *infra centrum mesenterij glandulas lacteas lumbares* (hanc communem adpellationem amplecti se velle Bartholinus (l) ait) manifestavit. *Profundior earum situs & ad tutelam spectat, & calorem ob vicinas arterias, & ad faciliorem chyli expressionem* Substantia in brutis non nunquam membra-rosa; glandulosa in hominibus. Postica parte adherent vertebrae lumbaribus; anticâ mesenterico per ramusculos lacteos, qui chylum ad hanc cisternam derivant (m). Erratum circa hoc, egregiè aliàs in Republicâ Anatomicâ auctarium, Pecqueti observante, quod *αἰματώσως* putans cum antiquis principium (n) hepar Asellius ad ipsum lacteas confluere vias crediderit (o). Nec verò postea in his ante Pecquetum aliquid tentatum (p) legitur. Ulus aliquot expromit Bartholinus (q), & in primo saltem si acquiesceremus, quod numero partium hætenus imperfectus, nunc auctus homo fuerit; haberemus, de quo sibi meritò gratularetur quilibet. Ita verò chyli etiam diverticula novimus (r).

(k.) Repetimus hic Clarckii iudicium supra allegatum ex Act. Angl. p. 559. (l.) in brutis verò Pecqueti nomina obtinere ait de lact. thorac. in Anatom. reform. p. 579. (m.) descriptionem hanc ex eodem Bartholino hausimus p. 680.

(n.)

(n.) vid. in tr. de homine commentantem Ludovic. de la Forge p. 4. (o.) experim. Nov. Anat. p. 2. (p.) ipse Pecquetus ibid. p. 3. Barthol. p. 577. (q.) c. 8. p. 584. (r.) iterum Pecquet. p. 2. Greyd. Phys. Instit. p. 259.

XX. Benè autem Pecquetus Magnorum Virorum infelicitati potius, quàm incuria tribuendum arbitratur (s), quod ignoraverint, non ad Hepar, non ad Venas Portæ, non ad cavam propè emulgentes, derivari Chylum, sed ad aliud quodpiam receptaculum; quod nec sibi deberi vult: Munus dicit fortunæ cum inscio ludentis; Bona verba, & quæ Christianum deceant; providentiæ, quæ Deus ipse est, imprudenti revelantis vocat beneficiû eximium. Satis, frigida ex cadaverû sectione inhæserat sapientiæ; placebat ex vigenti vivarum animantiû harmonia veram scientiâ exprimere. Diffissa ergo viventis molossi alvo; avulsò corde; exhaustâ copiâ cruoris, albicantem subinde lactei liquoris, nec certè parum fluidi scaturiginem intra vena cavæ fistulam, circa dexteri sedem ventriculi miratur effluere. Morbum primo credit, sed per Systolas æqualis veberentiæ ac diastolas hujus ipsum pudebat mox cogitationis. Tandem nullâ re insuper habitâ, videt in superiores ramorum subclaviorum partes chylum redundare. Atque hinc nova sectione institutâ, lactearum ad thoracem propagines animadvertit (t). Ordinem quoque, quò ipse paria observavit, refert Bartholinus, qui & thoracicarum harum Insertionem in axillarem sinistram adnectit (u). Ingenti Chyloseos ulterius declarandæ emolumento.

(s.) laudat hanc in ipsò confessionem Barthol. c. l. p. 578. (t.) In allegatâ Dissertat. de Nov. Experim. Anat. per VI. capita & in primis p. 36. rei adfert spectatores (u.) De Lact. Thorac. c. 9. p. 584.

XXI. De lacteis his alia quærens Bartholinus Lymphatica invenit (x); quod & de Rudbeckio ac Jolivio Clarckius (y) adfirmat. Quorum cuius suum facile honorem relinquimus (z). Sufficit nobis quod levent ab onere aquæ nutriendas partes; aquam ipsam in certos fines aliorsum deportent; multorum in corpore accidentium causam reddant expeditiorem (a). Ceterum ex Ruyschio, qui valvulas in vasis lymphaticis & lacteis dilucidavit, si aliquid excerptum; quod inopinatò in arteriam quandam (Bronchialem

lem dixit) incidit (b); quod etiam fortuito & planè aliud in-
quirens, oscula ductuum salivalium repererit (c); ipse de se te-
statur.

(x.) Barthol. sub fin. Lact. Thora. & init. Vas. Lymph. p.
587. (y.) citatus bis jam ex Act. Angl. p. 559 (z.) id inten-
dit in Ruysch. canens: Distribuatur honos, ne quis frau-
detur honore. (a.) Barthol. p. 592. (b.) dilucidat. Vasor.
Lymph. Obs. 15. (c.) ibid. Obs. 28.

XXII. Adjicerem aliqua Chirurgica, nisi extra cancellos va-
gari fortè viderer. Meminisse tamen curiosorum duorum, quæ
naturalem spectant ad historiam, licebit. Transfusionem inno-
sanguinis, & pulverem Sympatheticum. De illius inventione
primâ disceptatur passim, nunc Anglis sibi, nunc Gallis, nunc Ger-
manis palmam captantibus (d). Difficultates circa eam Dionysius,
Professor Parisiensis, prolixè resolvit (e). Quin refutavit succedens
in cane furdo (f), nec non demente homine (g) experimentum.
Pulveris verò Sympathetici non inventor quidem, primus tamen
in Germaniâ propagator Digbaeus (h), qui sumta abs Jacobo Ho-
welio primâ vulneris ligaturâ, haud attingens vulnus, idem sana-
vit. Rationes in luminis ipse & Spirituum motu harmoniâque eo-
rum inter se non infeliciter posuit (i). Et quanquam utrumque hoc
opus revolutarum sæpius meditationum specimen adpareat, consi-
liqve adeò non casuum fructus (k), prima tamen ansa, quin alicui
fortuito debeatur, tot hæctenus fortuita faciunt, ut opinemur.

(d) Vid. Act. Angl. p. 561. & 607. nec non 768. add. Inventa
Medica Majoris Kilon. edita ad Excell. Alefeld. (e) Ibid. p.
455. 587. (f) ibid. p. 705. (g) ibid. p. 504. 587. 892. (h) hujus
consensum si cum ipso colloqui posset sibi promisit Des-
Cartes P. I. Ep. 54. (i) cum ad manus ipse Autor non sit, adi-
sis Erasmi. Francisci Lustige Schaubühne. Conv. III. à p.
633. (k) quod prædicat Clarckius, Act. Angl. p. 560. de circu-
latione sanguinis, Harvæi invento; quanquam in Hip-
pocrate jamjam & Aristotele ejus vestigia observavit satis
conspicua Excell. Döbelius.

XXII.

XXIII. At & de his fat dictum. Moralia aggredimur, quorum
 uti scopus, in operatione juxta virtutem optimam ac perfectissimam,
 tranquillitatem animi demonstrare (l) ac acquirere; Ita sapiens
 est, qui intra casus eandem sapienter conservare didicit. Atq; huc
 Platonis comparatio, quâ vitam dixit tesseraum ludo similem,
 ubi & jaciendum est, quod sit commodum, & jactu quod cecidit rectè
 usurpandum. Ac jacere quidem in nostrâ non est potestate: Si
 verò rectè sapimus, penes nos est quod fortuna obtulit convenienter
 accipere, & suâ quodq; disponere locò, ubi & propria maxime con-
 ducant, & quæ præter voluntatera eveniunt minimè offendant (m).
 Eluxit tempori nostro propinquum in Philippo II. Hispaniar.
 Rege Exemplum: qui nunquam rebus in prosperis conspicua læ-
 titiæ signa edidisse visus fuit, solâ Antwerpiæ deditione exceptâ,
 quam cum percepisset, ad Filiam Isabellam Claram Eugeniã i-
 vit & subridens, Antwerpia, dixit, nostra est. Cumque cladem
 classis invincibilis suæ audivisset, constante vultu, Ego verò, inquit,
 ago ex animo gratias Divinæ Majestati, cujus à liberali manu tan-
 tum potentia circumdatum mihi video, ut aliam rursus in mare
 classem educere non dubiè possim (n). Benè hinc Strada: ipsum nul-
 li quantumvis repentinæ malorum aggressioni subiectum, nusquam
 imparatum extitisse (o). Imò id adjungendum, fortuita etiam in-
 fortuna agnoscendæ bonitatis DEI erga se illicia, Sapientem ve-
 reqve in his Regium Regis animum declarasse.

l) Scopum hunc in omnibus penè libellis Ethicis reperi-
 es. conf. DesC. P. I. Ep. 4.5. &c. (m) Plutarch. de tranquill.
 animi f. 467. (n). Congessit hæc Becmann, Lin. Doctr.
 Mor. c. 7. §. 10. (o.) Bell. Belg. Dec. 2. l. 9.

XXIV. Heroicum verò quoque in fugâ, si ita casus velit, for-
 titudo agnoscit; inprimis cum simulata illa parit certius victoriam
 (p). Quid namque prudentius, quam spe victoriæ inducere hostes, ut
 vincantur (q)? Sed enim & in togâ sæpe, si præter spem eveniat,
 conducit Reipubl. Constat è Sinensium historia prudentis Impera-
 tricis factum. Hebescere Imperator in profundâ pace ceperat &
 languere, seriusque quàm alias ferebat consuetudo ad audiendos
 præfectos, tractanda negotia surgebat lecto. Ipsa Imperatorem &
 Rempubl. miserata clam ad parentes ex aulâ se proripuit, missaque
 inde

inde ad maritum foemina, se poena metu fugisse simulat, cum effecerit haftenus, ut magis ipse gaudeat venere, quam virtute. Rex tale quidem nil somnians; hoc tamen, respondet, crimen si quod est, meum est; majorique cura res imperio tractavit (r).

(p.) vid. hanc rem excerpt. ex Agathiae hist. ad Goth. pertin. in Grot. Hist. Vandal. Sc. p. 554. (q.) Tac. Annal. 2. 52. conf. Lips. Polit. 5. 16. 62. (r) Martin. Hist. Sin. Dec. 1. L. 4. p. 116.

XXV. Casus circa Temperantiam toties experimur, quoties praeter opinionem vel ad cibos immoderatos potumve, vel ad ea, quibus castitas periclitari potest, invitamur. Memorabilis est, quem de Consule quodam Francofurtensi memorant historiae. Is abs victore contendens hoste, ut parceret vi expugnatae urbi, ad ebibendum poculum urgetur, nisi decidere spe impetrandi voti velit, plus nimio repletum. Quid faceret; cum neque precibus submissis medium pateret aliud? Ebibebat praesentatum; concidebatque confestim moruus. An sapienter illud, aut rectius, pie satis; quaeri solet. Sed non desunt, quae excusent virum, boni publici gratiam summum subire periculum haut veritum. Certè gladio si defensurus libertatem urbis, interiisset, aeterna de salute quis ambigeret? Tali tamen Divino optimè judicio relinquuntur (s). Sunt & singulares de foeminis casus consignati, quae ne castitatem laedere viderentur, laesae maluerunt interire, quam abs viris expectare medelam. Id de Maria Burgundae Maximiliani Coniuge, e quo inter venandum excussa constat. Joachimi v. II. Electoris Brandenburgici conjux per tabulata ruinosa delapsa & ramos cervinos laesa maluit aetatem fulciri, quam Chirurgorum tractari manibus. Eo adegit foeminas has illustrissimas, exuperantia Virtutis; cum impudici tamen alias nihil admittatur, ubi formale deest impudicitia (r).

(s.) Movetur quaestio in scripto, cui titulus Der Politische Mäsker p. 126. Conf. Becman. Lin. Doctr. Mor. c. 15. n. 6. (r.) refert & decidit id Becm. c. 1. n. 7.

XXVI. Circa officiositatem aut juvandi promptitudinem, si in eodem periculo versari infantem & adultum, Patriam & Parentes, Patrem & filium videamus, ancipites haerere possumus, cui suc-

succurendum prius sit. Respondent autem Moralistæ pro adulto, nam magis attingit Rempublicam; pro Patriâ, nam hæc totum est; pro Filio, nam conservatio audit pars eorum, quæ à causa redundant in effectum (u). quæquam in aulâ Persica Tisfaphernis uxor, non maritum *nec liberos* reddi petierit, sed fratrem, quod caritura hoc sit aliàs semper, illos nancisci alios queat.

(u) Vid. iterum *Becm. Lin Doctr. Mor. c. 16. n. 3.*

XXVII. Circa Justitiam enituit sapientia Salomonæa in dubio de infantibus casu (x). Estque vix laudandum satis Augusti factum, quò servum Pollionis, ChrySTALLINUM vitrum confringentem, servavit. Miser enim Domini jussu murænarum pabulo damnatus in vivarium perlatus est. Ducentium verò manus cum efugisset, se Augusti pedibus provolvit aliud mortis genus petens. Auditâ causâ Augustus, solvi servum jussit, sapienterque omnia Pollionis vitra ChrySTALLINA virgula perfregit vivariaque evertit; ne imposterum perturbari ac ad talem pœnam casu irritari posset (y).

x) *I. Reg. c. 3.* (y) *vid. hoc Spuria ferè ap. Christ. Matth. Theatr. Hist. p. 443.*

XXVIII. Quod ad Veritatem verò attinet, Sapientiam in æquivocationibus, sunt, qui latere putant; Sed carnis ea non Spiritus est, etiamsi summis reperiamus Regibus probatam. Ita enim *meventem forte* Fratri suo, Duci Vindocinensi, decipere Magnum Priorem Galliæ Ludovicus XIII. voluit: *Una tecum fratri fortuna erit*, inquit Rex; Utrumque scilicet, uti quoque post evenit, custodia daturus (z). Quò spectat quoque Granvellani fraus, quâ Philippum Magnanimum, Landgravium Hassiæ, in carcerem pellexit (a). Ubi verò casu in cœlo adparentia ad animandos milites adhibemus, vel fingimus etiam talia, nil peccamus, cum sui læsionem querendi causam non inveniat exercitus; quod piæ Constantini M. Imp. & Alphonsi I. Regis Portugall. fraudes demonstrant. Specimen tamen præ aliis eximium in talismodi negotiis edidit Ferdinandus Gonsalvus Castil. Comes, qui instructâ acie, primus in hostem ruiturus, omnibus spectantibus apertæ terræ multum immergitur. Terrorè ipse exercitus sentiens, respicit eum, hisque dictis: ne terrâ nos ferre, qui hostes queant? turbatos jamjam animos, excitat rursus & irritat. Non absimile huic factum eius aliud, quò tristitiam, per accensa duo

pulveris pyrii receptacula abs milite Italo, credente Hispanos esse victos, in exercitum inductam excussurus, *cœlitus veluti incensas faces signum prædicabat victoriae*, quæ quoque subsequuta est (b).

z) *Gram. Hist. Gall. l. 16. (a) vid. Thuan. L. 84. (b) de prioribus Becm. Lin. Doctr. Mor. c. 3. §. 5. Figmentum de sidere Martis in gratiam Regis retrocedente vid. Martin. Hist. Sin. L. 4. p. 157. de posteriori Saavedra Symbol. Polit. 63*

XXIX. Ad Jocos denique, quibus nos Superiores casu alloquuntur, Sapientiam esse maximè necessariam calamitas Petri Dani Comitis Scrinnensis docuit. Hic Vladislao II. Regi Poloniæ, familiaris iisdem cum ipso humistratis penulis (venationibus enim totum ad vesperam usque diem sacraverant) membra fessa daturus joco Regis: *Mollius nunc uxor tua cum Abbate Scrinnensi cubat, quam nos;* minus cautè respondit: *Fortasse & tua cum Dobessò;* juvene ex equestri ordine non ineleganti, quò familiaris Vladislai uxor utebatur. Finem enim sermonibus Rex & jocos tum fecit, quidem, uxor verò rem denique explicata, non quievit donec Petro lingua præcideretur, effoderentur oculi (c). Alias per jocos si insperati, si acuti sint, nec pungant nimium, aliquid effici solere, in Maximiliano Imperatore advertimus. De quo notum, quod aliquando ad Noam usque voluerit Majores à quopiam istud promittente deductos. *Sibi verò tum cognatum posse fieri Imperatorem* cum inopinatò regereret jocosus coquus, erubuit ille & destitit (d).

c) *Cromer. H. Pol. L. 6. & ex eo Neugebauer. l. 3. (p) Erasmi. Franc. Conv. 1. der rust. Schaub. p. 44.*

XXX. Tempus est, ut demus aliquid Politicis casibus; qui longius extendendi forent, nî placuisset semel via brevitatis. E privatis verò societatibus solam attingimus paternam. In hac si cuiquam, Jephthæ casus fortuitò tristis contigit, cum obviam redeunti victori primum fieret filia, quæ vi voti videbatur immolanda (e). Si immolavit, ut plurimum est Sententia (f), minus egit sapienter, nec potuit placere Deo hostia, quam poposcit nullibi. Si consecravit ialtim, egit prudentius, quod voti religione ductus, eò id direxerit, ubi ex parte impleri poterat g). Interea votorum sapientiùs concipiendorum quemque insperatum hoc admonet h).

(e.) *Jud.*

e) Jud. c. XI. v. 31. 35. 39. (f) videatur glossa Marginalis
B. Lutheri, is inquit: Man will Er habe Sie nicht ge-
opffert/aber der Text stehet da klar. (g) Vid. hac de re ver-
sion. Lat. Jun. & Tremell. it. Ludov. Capell. ac Christ. Scho-
tan. Dissert. de voto Jephth. Et relato quidem inter creden-
tes Hebr. XI. 32. malunt hi sapientiam tribuere (h) spectant
ad hanc censuram vota impossibilia Monastica. Vid. de his
B. Danb. Hodof. p. 511.

XXXI. In publicâ Societate, quæ sibi sufficiens (i), eminent
præcipuè pacis atq; belli negotia. De pace egregium est Brito-
num exemplum. Meruebant aliquando Galli bellum Anglorum
& futurum animadvertabant, Britones hanc occasionem nacti, ut
de pace faciendâ quam unicè optabant, Regi Gallie persuaderent,
multis modis bellum exaggerant, pericula, difficultates speciosè de-
scribunt, nullâ factâ mentione pacis. Quâ simulatione Regem
facile in suam sententiam traxerunt (i). Spectant huc aliqua ex
curiosissimi in hisce Weisii Ideâ statistica (k). De Pace, inquit,
suadet prudentia, si sit temporaria, quam nominamus Inducias ne
constituatur in nimio fortune cursu: ne sit nimis diuturna: ne du-
rantibus induciis deponatur belli cura: si perpetua, ne petatur in
extremis calamitatibus: ne concilietur, nisi sublati omnium odio-
rum causis: ne adjiciantur iniquæ conditiones: Libi firmata est pax,
bonâ quidem fide colatur, ita tamen, ut semper de novo amico du-
bites. Quæ veluti Leges quædam sunt in casibus observandæ de
pace oblatis; quibus qui uti novit, quod plus acquirat pace sapius,
quàm bello, ponit ob oculos experientia.

(i.) refert hoc exemplum Clapmar. subjicitque Liviano
dicto, oblata casu flectas ad Consilium de Arc. Rer. p. L. 6.
c. 17. (u). Part. gen. c. 3. p. 92.

XXXII. Belli casus moderatur Reipubl. commodum, adju-
vat sedes in alieno potius, quàm proprio solo, minuit negotiorum
atque præliorum moderatio l). Quorum feliciter observantes
Henricum VIII. in Anglia, Franciscum I. in Gallia, Carolum V. in
Hispaniâ, Verulamius laudat qui eam inter ipsos viguisse diligen-
tiam ait, m) ut nemo eorum vel palmam terra acquirere potu-
erit.

erit, quin reliqui duo statim ad æquilibrium deducerent, neq; pacem fœnore redimere sustinerent. Idemq; præstitisse, porro inquit, fœdus illud (cui Guicciardinus securitatem Italiae tribuit) cõlum inter Ferdinandum Neapolitanum, Laurentium de Medicis & Ludovicum Sforzam, Principes alterum Florentiæ, alterum Mediolani. Omnium quippe cura occasio, quæ in bello solet amplius juvare, quàm virtus; Valetq; in rebus humanis omnibus, maxime in bellicis n).

l) Alleg. Dn. Weis. In Id. Stat. c. l. p. 91. m) Sermon. Fidel. 19. n) ex Veget. 3. c. 26. post pr. & Polyb. 9. 14. Lipsf. Pol. 3. 16. 13. Addit ex Livio: itaq; armatus intentusq; sis, ut neq; Tuae occasione desis, neq; suam hasti des. conf. hic exemplum faventis occasione suppeditatâ fortunæ in Curt. 6. 6. 27.

XXXIII. Potest neutrum negotium sine Legatis perfici, quorum prudentia variis casibus provocatur. Transeant verò ceremoniales minutiae, à quibus tamen sæpè tranquillitas pendet: iis enim nunc alternatio, nunc locus dubius, nunc personarum qualitas (c) succurrit. Sit etiam intacta negotiorum difficultas, quam auget non rarò instructionis formula: *Cetera prudentiæ ac fidei Tuae committimus*; imprimis *capere in arena consilium* jubens p): Id quippe diutius propositò nos moraretur. Nec adeò Marchesii dolum curabimus, qui recusatam Basilicâ missâ à Mediolani Duce Galeatio obtinuit audientiam. Genuensium genium aiebat se indicare absentem quoque Duci voluisse; quos levi tactu odorem spargere amœnum, scorpiones progenerare durius afflictos (q) sciat. Est enim, quod miremur magis, in Hassio Casselianæ aulæ Consiliario, qui Galliæ Reginæ mortem Landgraviæ Æmiliæ indicaturus, casu oblato sapienter usus est. Ingressuro siquidem conclave crines ascititii fortè abs capite detrahuntur; unde risui penè ansa data. Ast is receptis iis de fortuitâ ornamentorum jacturâ loqui incipit, & ad indicandam mortem re adplicata, gratiam sibi singularem conciliat (r). quam & meretur, qui non consilio saltem, sed etiam casu novit navigare (s).

(o.) Anno 1600. Hispani viderentur inferiores, sua negotia nomine Alberti Belgici, qui posset Regibus cedere pertractâ

pertractarunt. vid. Dn. Weis. Id. Stat. p. 95. (p.) Vid.
Marselaer de Legat. L. 2. Diss. 4. p. 270. (q.) vid. Francisc.
Schaub. Conn. II. p. 269. (r.) refert. Weis. in Bericht von
Politischen Räscher qv. 1. §. 23. (s.) Conf. Marsel. c. 2.
Diss. 7. p. 291.

XXXIV. Ceterum favent fortuita quoque autoritati Regum.
De Alexandro Curtius (t): *quarto die ad flumen Oxum perventum
est. Hic quia limum vehit, turbidus (emper & insalubris est potu.
Itaque puteos miles cepit fodere. nec tamen humo altè egesta
existebat humor, cum in ipso tabernaculo Regis conspectus est fons,
quem quia tardè notaverant, subito extitisse finxerunt. Rex
ipse credi voluit, donum DEI id fuisse. De tonitru per hinnitum
equi electo adplaudente velut Dario Persica loquitur historia (u).
Strumarum autem sanationem Elizabethæ, cum, jactantibus Catho-
licis, DEUM Reginae abstulisse hoc donum, quod Religionem dese-
ruisset, feliciter succederet autoritatem conservasse, qui Principes
dispari successu ab antecessoribus gaudentes impari quoque censu
penes subditos esse cogitavit, facile concedet (x).*

(t.) 7. 10. 14. (u.) Vid. tum Herodotum tum Justinum
ex quod refert Christian. Matth. p. 192. (x.) Becm. Lia.
Doctr. Mor. c. 2. §. 4.

XXXV. Superessent plura; eaque de Legibus imprimis. Ubi
benè Verulamius (y): *Angustia prudentiæ humanæ casus omnes,
quos tempus reperit, non potest capere. Novi se haud rarò offen-
dunt ac omitti: quibus triplex remedium: vel per processum ad
similia, vel per usum exemplorum licet in legem non coaluerint, vel
per arbitrium boni viri juxtae sanam discretionem. Quæ tria
postmodum ulterius considerando idem ponderat. Sed unicuique
addo: Recepta semel non tam legibus sæpè, quàm arcanis consiliis,
quasi casu fierent, ex voto immutari. Quod Margareta Parmensis
cum non attenderet, edictis in valorem haud deductis, maximè fu-
um ipsa valorem imminuit (z). Ita stricta earundem custodia,
perquam necessaria est: cum, uni si denegatur obsequium, facile ad
alias consequentia trahi queat (a).*

D (y.) de

(y.) de Augm. Sc. L. 8. c. 3. f. 243. (z) Saavedr. Symb. Polit. 21. (a.) Dn. Weis. Jd. Stat: p. 96.

XXXVI. Finirem hic casus nisi Sapientia adhuc quædam in Oratore abs Oratore felicissimo (b.) deprædicata in mentem veniret. Is gratias Exequiatoribus acturus Orationem præmeditatus fuerat egregiam quidem nec brevem tamen; sed quo habere eandem minùs posset impediēbat tempesta intempesta. Sub dio stantes cum Oratore Auditores undique pluvia, nix, ventus adfligebant: inter hæc quî vel ipse Demosthenes fuisset gratus? Confestim igitur ad cogitationes provocat circumstantium, quæ domum ex his cœli turbis tenderent. Easdem Beate mortuo attribuit, argutaque hæc Oratione promptum se ac sapientem demonstravit oratorem; Cum ex aliô haud magis quàm inexpectatorum loco delectent Auditores (c).

(b.) Dn. Weis. volo Orat. Polit. Sect. 3. c. 2. §. 48. p.

50. (c.) Jdem im Bericht vom Polit. Mätscher. qu. 1. §. 13.

XXXVII. Tot sunt, quæ hæc vice adferre libuit. Cretâ quasi notavi saltim non pervolvi (d), quorum prima vestigia ingenio huic congrua, proq; paratâ nunc Librorum supellectile Moderator ac Præses meus monstravit, casus. Sed sufficient tamen exercitio disputatorio, cui sacros volui. Expectat abs me deductos inde Canones Lector Benevolus? Accipio ego aliorum Canones; aliis præscribere nondum possum. Mihi verò ex isthac ut sic loquar, vineâ intra paucos dies meditandò inversâ aurum (e) hoc: In speculationum ac Scientiarum casibus eum non deseret sapientia, qui quoties abs se jam cognita intendit demonstrare aliis, nova semper emergere posse cogitabit, unde suam augeat ipse scientiam. In actionibus omnia erunt expectata, mediis ad finem ducentibus ita invigilanti, ut etiam absque his commodius aliquando scopum obtineri valere, ne obliviscatur. Imò, qui nihil operatur, cujus eventum non putet variis casibus obnoxium sibi nihil profuturum negliget. Faxit, parati simus casibus, is qui sine casibus est,

Cui Laus & Gloria.

(d.) Alludere liceat ad illud de Gallis in Neopolit. expedit. cretâ diversoria notantibus ex Verulam. quanquam alio

aliò hic paulùm sensu suo scopo id adplicuerit. f. 98. (e.)
hanc quoque fab. ex Æsopo de rustico moribundo Filiis
persuadente, quòd in vineâ aurum incertò loco defossum
sit: unde ij ad laborem excitati vindemiam tulerunt ubev-
rimam, hausi ex eod. f. 19.

COROLLARIA.

1.

Regulæ Renati DesCartes *Moralis*, ut propo-
nit eas *Dissert. de Meth.* à p. 20. si tertiam ex
parte excipias non tantùm non adcuratæ, sed & in
aliquibus, periculosæ sunt.

2.

Insignis in eodem *Philantia*, quâ sibi solidiores
præ aliis ipse tribuit rationes (vid. not. ad Progr. Re-
gii post Respons. 6. p. 190. quæ ead. & Ep. 99 P. I.
adnexæ sunt) jure reprehenditur.

3.

Judicium quoque ejus de *Aristotele*, quòd ut
vera ac recta ea obtruserit, quæ verisimile sit, ipsum
nunquam pro talibus habuisse (præfat. princ. ad In-
terpr. Gall.) si mollissimè loqui velim, præcipitatum
meritò dixerim.

4.

Interim istud in ipso, nisi verba à mente, ut
plurimum conjectura est, dissonent, laudandum, quòd
sua rationis dictamina revelantideo (P. I. Pr. §. 76.)
& *Ecclesie Autoritati* (P. 4. Pr. §. ult.) subjecerit.

5.
Eò enim, cum Autore Tractat. Theologico-
Polit. Hamburg, ut inscriptio habet Anno 72. edi-
ti (Spinoz am esse, sunt, qui volunt,) libertatem
Philosopandi extendere, ut etiam per fidem liceat
cuivis de rebus quibuscunq; sine scelere sentire (cap.
14. p. 166.) quidquid velit; planam est reddere ad
Atheismum viam.

Tantum hac vice.

NB. Thes. 18. lin. 9. pro Metallis lege lapidibus.

In
Den Wohlgebohrnen
HEM
Hans von Qvalen/

Erbherrn auff Ostergarden/ ic.
seinem hochgeschätzten Patron.

Wer seh er eine Schrift von seinem werthsten Sohne/
Die erste Probe zeigt des ersten Jahres Frucht/
Und lehret/das sein Herz ein muntre Geist bewohne/
Der mancher Weisheit-gründ in manchen Fällen sucht.
Die

Die Art ist eingepflanzt / die Tugend angebohren /
Sie bricht ie mehr und mehr im klugen Fleiße vor ;
Und was er sich zum Ziel und Endzweck außerklohren /
Hebt den geerhten Glanz durch eigene That empör.
Iverum keñte fast vor drithalb hundert Jahren
Ein Gräßlicher Vertrag. Die andern rühmt der Krieg
Und hat der Dänen Haupt die Tapffrigkeit erfahren /
Als Ihm durch Josuam blieb ein erwünschter Sieg.
Doch / die gelehrte Welt lobt Henrichs hohe Gaben /
Von dem Er / Edler Herr / des Lebens Licht empfang.

Den will sie wiederum in seinem Sohne haben /
Der / als Ihr jener starb / in guter Hoffnung gieng.
Der Anfang weist sich schon. Die Weisheit aus dem
Fällen /

Auff die / wer sie erfand / nicht leicht zuvor gedacht /
Kömt / was erfolgen soll / mit kurzen darzustellen.

So wird des Stammes Preis mit Preise fortgebracht.
Er lasse sich aniezt die Probe wohlgefallen /

Vielleicht kömmt mit der Zeit was bessers auff die
Bahn.

Uns soll indeß allhier stets im Gemütthe schallen /
Was den begier'gen Geist noch mehr ermuntern kan.

M. Gottlob Fr. Seligmann,
Disp. Praeses.





Cette heure, mes chers Amis, Vous allez, nous
apprendre

Atourner les Hazards en des Succes heureux.

Nous allons à venir de vostre bouche entendre

Comme on doit eviter les Accidens facheux.

C. E. S. v. S.



Nobilitas est sortis opus virtute repostâ;
Abs virtute venit Nobilitatis honor.

Tu, fors quid valeat spectans casusve, favori
Sortis ut Θ virtus sit benè junctâ, cupis.

Sit virtus decus omne Tuum, sit gloria semper
Certa comes; stirpis sic quoq; splendor eris.

Omen Tui

J. KLEINII.



Des Adlers junge Zucht / wenn sie soll etwas
taugen /

Schaut in das Sonnen-Rad mit unverrückten
Augen

Sie hebt sich in die Luft / und wendet ihr Gesicht
Nicht zu der Erden hin / sondern in das Licht
In den beflamten Schein der Feuer-Strahl-
den Sonnen

Erträgt sie diesen Glanz / so hat ihr Flug gewöhnē /
Der Vater liebet sie / den er erkennt dabey /
Daß Sie von guter Art / vom rechten Stam-
me sey.

An

QA
117
1488

Plurima, quæ scimus, quæis vita decora nitescit,
Sunt casu sortem nacta favente suam,
Ex hoc quæ fuerit variis sapientia nata,
Mente, petens cathedram, Tu Sapiente doces,
Tantis primitiis surgunt fundamina, tanges
Culmen, HONOR PATRIÆ splendide, PATRIS
AMOR.

A. SCHÜNE MANN,
Lubec.



In casu quid prompta queat Sapientia, quæris.
Ut promptum ad casus Te, Generose, probes.
Sis promptus, facilesque Tibi ne reddere casus
Desine; sic Magnus sicque beatus eris.

Quod vovet l. mq;
J. SCHRÖDER.



Oris Lipsiacis telam feliciter orsum
Fortuito Varna hæc continuare videt.
Sic mentis depromis opes Generose Quæleni,
Casus fortuitos sedulitatis opus:

Cumque tuo SELIGMANNO Moderante Cathedram
Conscendis Roseam sedulitate tua.
Gratulor ex animo summus tua cœpta secundet,
Quæ sint grata Patri, quæ Prætriæ atque Tibi.
En animum Tui ex asse addictissimi.

Johannis Christophori de Subfen.
Equitis Megap.

SOLI DEO GLORIA



hc

WM

XIX

JAMDU
E
PER
DN.
SEREN
TIAE.

DN.
D

PATRO

A. POSUIT.
ME. PROBATA.
PIENTIA.
C. GENEROSO.
EFELD.
AGEN.
POSITO.
ET. HOLSA-
TOPARCHÆ.
ATI. SUO.

VISCH.
HOLZ.
Suo.
M.
NTIAM.

IPIT.
ENa.
MENDATURUS.

